



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An liceat ad creditum vendere triticum ad pretium pragmaticæ quando
iam ex superuenienti abundantia de præsentis in foro communi minus
valet, addunturque multa vtilia de taxatione tritici. Cap. LXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

fructus vinearum, siue segetes sequentis anni, aut pretis vilius, quam extimantur hæc valitura, quia antequam solutio, nisi taxetur pretium verisimiliter tempore traditionis futurum usurarius est ut prædiximus, nisi forte emptor (quod modo addimus) rogatus, ratione lucris cessatis, si ex tali emptione sibi lucrum cesset, quia in aliis mercimoniis longe maioris lucris destinaret suam præoccupare pecuniam vilius emat, Si tamen in hoc casu ceteræ conditiones ad iustificandum lucrum cessans concurrant.

¶ Tandem dicimus admonitos esse volentes lectores circa hanc materiam mutationis tritici, quod saluberrimum consilium fuerit, ut si aliquis timens corruptionem sui frumenti, velit suæ indemnitati consulere, non mutuet illud triticum pro recenti sibi reddendo, sed reducat se ad formam contractus venditionis. Itaque inear contractum venditionis, ubi vendat suum triticum, pretio quo valde præsentis expectata tamē solutione pretij, ex quo postea sibi soluendo pretio, triticum recens, & novum profici sibi comparare, ne si mutuet pro nouo, notam infamiam incurrat, & renouero censeatur esse quod nomen male dicitur apud Hispanos.

¶ An liceat ad creditum vendere triticum ad pretium pragmatica quando iam ex superuenienti abundantia de presenti foro communi minus valet, addunturque multa vitia de mutatione tritici.

C A P. LXXVI.

Q. 1. **L**icet multa dixerimus de usura adeò lata vndique est hæc materia, ut plura supersint ad eius notitiam attinentia disputanda: ideo in hoc loco nobis occurrat a Metin. quæstio illa, quam incidenter tetigit Metina. * Vtrum sit in s. r. con- usurarum venditio, quando quis credita pecunia ad pretium f. s. de ven taxæ legalis pragmaticæ vendit triticum quando quæ ditioib. s. abundantia superuenit tritici, foro cõmuni iam minoribus 25 f. 140. venditur, & videtur quod non, tum quia æqua debet esse pag. 2. fors emptorum, & venditorum, sed quando erat summa penuria tritici, venditor tritici nequibat suum vendere triticum ultra valorem taxæ, scilicet ultra 14. argenteorum quod

quod in lucrum cedit emptorum, quia nisi esset edita taxa in duplo carius emissent, ergo etiam e contra dum foro communi ex abundantia frumentū vilius venit stante taxa, poterit tā numerata, quam credita pecunia vendere ad taxam, quia alias peioris conditionis assent agricolæ cū tempore maioris penuriæ non possent ascendere supra pretium taxæ, & tamen tempore abundantia teneantur in pretio taxæ infra descendere, tū quia, quod auctoritate legis fit, licite fit, cum autem per pragmaticam, quæ nondum abrogata est (vt supponimus, sibi concedatur) pecunia numerata vendere triticum ad 14. quare eodem pretio, non poterunt illud vendere pecunia credita, licet minoris iam veneat in foro.

Hic primò nota secundum Cordubā, ^b quòd Petrus ^b Cordubē dans populo suo 1000. aureos pro tritico emendò cum ^{q. 16.} pacto vt vendatur in pane cocto etiam si faciat expensas non potest ferre lucrum, quia fuit mutuuum in fraudem pragmaticæ, neque fuit societas.

Hic operæ pretiū esset aliquid de taxatione tritici dixisse, sed quia quæstio de taxatione pretij mercij magis spectat ad materiam de emptione & venditione inferius disponendam, vbi hac de re latius vt in proprio loco ageretur, ideo satis sit pro responsione ad quæstionem, breuiter prælibasse, primò quòd Nauarrus ^c arbitratur rarissimè ^{c Nauarr. cap. 23. m. 4.} ponendam hanc tritici taxam, atque annonæ taxationē, tam quia dat occasionem corrupta, & inutilia vendendi ^{88.} eodem pretio taxæ, quo sincera, & vtilissima venduntur, tam quia superueniente penuria tollitur omninò taxa, & illa non occurrente parum est necessaria.

Secundò dicimus, quòd pretium iustum extimatum per rempublicam, etiam ecclesiastici vendendo transgredientes obnoxij sunt restitutioni. Pretiumque iustum extimandum est secundum Cordubam, ^d quòd pragmatica sanxit, neque talis taxa est iniusta contra agricolas in sterilibus annis, vt quidam aiunt, quia conditor pragmaticæ cum suis consiliariis, omnia censetur prospexisse, taxamque sic præfinisse, vt tam annis abundantibus, quam sterilibus deferuiret, ita vt vtrinque fieret proportionabilis recompensatio. Imò magis pragmatica edita est pro annis egestatis. Imò in egestatis annis, plus

lucris sibi comparant agricolæ vendentes ad taxam, quæ tunc vilis locantur operarij à seipsis ad agriculturam, quæ tempore abundantia, ubi vilis frumeta veniunt, & operarij ad agrorum culturam carius conducuntur ab agricolis, & quamdiu de iniustitia pragmatica, taxæque non constat, censenda est iusta, observandaque est donec per auctoritatem publicam, vel legitimam consuetudinem derogetur. Item etiã, quia qui caritatem pretij sollicitudine super frumenta non sunt agricolæ, sed frumentum conductores, ut pote qui potentes sunt ad recondendum frumentum in magna vi, atque copia.

¶ Tertiò dico, quod cum permissio violandi taxam pragmaticam, tripliciter fieri possit vno modo fit quando rex, vel eius regale consilium ait, quod quibuscunque generis personis asportantibus triticum, annonamve non tribuatur vendere hæc pretio tali, vel pretio illis possibili, tunc permissio est quæ in curia solet fieri, quæ potius concessio est, quare eos videtur eximere à taxa, & restitutione etiam si maioris vendiderint. Secundo fit permissio transgrediendi taxam sic, scilicet quia rex, consiliumque eius regale cum punire possint, dissimulatione quadam prætereunt, maiori pretio communiter vendentes neminem puniendo, cum possent eos sine scâdalo punire, & coercere, cogereque ad exportandû panem, ad frumentumque venalitati exponendum. Tunc in hoc casu licet opiniones vndique versentur secundum Cordubam, tamen secundum ipsum rationabilior, probabiliorque opinio est, quod licet citra obligationem restituendi, potius sunt maiori pretio vendere, quam præstitit taxa, potius quia cum rex, eiusque consilium regale taceat, omnino qui tacet, consentire videtur, talis tolerantia communitè valet pro consensu tacito, vel pro dispensatione legalis, vel pragmaticæ, vel in toto, vel in parte, vel pro nunc, vel tunc tantum. Ita omnes doctores, & Metina, & ita Antonius de Butrio, ut refert Syluester, & regula iuris in 6. cum glossa super qui tacet, & Panormitanus h qui principia ad hoc assertum suppeditant.

¶ At quod valde notatu dignum est, & ad alia dicitur quod non solum regale consilium, sed & gubernatores generales provinciarum, & regnorum, obtinentes à regibus

e. Glos. & doct. in 6. de reg. iur. f. Metina de restit. q. 36. g. Syluest. tit. lex. q. 6. & iii. Consuetudo. q. 6. & 7. h. Panor. c. quia cura de consang. & affinit.

vel ab eius consilio regali potestatem si dissimulauerint, vel concesserint publice generaliterque, vt merces vltra taxam vendentur: perinde est, ac si id indultum esset per regem, nisi manifestè constiterit de contratio, auctore Bartolo: & Cardinalis, & Imola, & Panormitanus & alius refert Franciscus Balbus quòd quando requiritur scientia, & patientia principis: sufficit scientia, & patientia rectoris, vel praesidis prouincia, neque ad hoc sit est permissio, licentiave particularium rectorum, iudicumve ciuitatum, & populorum: nisi specialem ad hoc facultatem à rege, vel ab eius regali consilio obtineatur, quam obtinent iam ad praediffiniendam taxam panis cocti.

¶ Si autem permissio vendendi triticum vltra taxam, taliter contingat, quod aliqui eam pretereuntes, poena plebiscitur, alij vero immunes euadunt à poena: quia omnes non aduersione digna puniri res esset inconuenientibus proinde cum aliquibus conuenerit, apparet tunc plane, quod mera sit permissio consensu legitimo carens. Quare transgressores taxæ, neque excusat à culpa contra legem, neque à restitutione pretij supra taxam accepti contra ius diuini, & naturale praecauens, ne vltra pretium iustitiam, accipiatet liberos facit. Suffragatur expresse Panormitanus & facit regula iuris libro 6. Is qui tacet, non fatetur, neque negare videtur, & ibi glossa, & doctores. Hocque expresse significauit pragmatica Matritij anno 1571. edita, & nunc demum super hoc lata specialiter, quare assertum hoc extra dubitationem tenendum est, vt in Corduba.

¶ Quibus superaddimus vltimatè anno 1571. Matritij super hoc pragmaticam fuisse conditam, vbi sub poenis grauissimis, & obligatione restitutionis indicitur, ne tinea tritici in grano numerata pecunia, neque credita maiori pretio quam vndecim regalibus vendi possit: quamuis antea praetaxata tantum fuisset ad nouem, taxaturque ibi ordeum ad dimidium ducati, cum antea minoris constaret, & blata, id est centeno Hispanice dicta ad ducenta, & quadraginta duoque dipondia: cum antea ducenta ducitaxat constaret, granum quoque Hispanice dictum auena ad centum dipondia taxatur, licet etiam

G 5 granum

i l. si publi
canu. s. si
ff. de publi.
& Panor.
c. cum con-
tingat. de
firo copet.
col. 4. & in
cap. Que i
ecclesiaru.
de constit.
col. 1.
1 Franc.
Bal. de pre
scri. par. 5.
prim. parte.
2. q. 3. dub.
2. fol. 114.
m Panor.
c. cum iam
dudum. &
cap. dilecto
de preb.

granum panitij ad ducenta quadragintaque duo dipondia prætaxatum est. Farina vero prætatur ad unum argenteum plusquam valet triticum in grano, agaloni vero ab extra de foris gratia vendendi, reportantes triticum, sex dipondia pro leuca, & faneca supra taxam percipere possunt, dum testimonium secum ferant a rebellionem populi, unde asportarint confectum ante rebellione populi, vbi granum est vendendum, exhibendum.

¶ Sanciturque eadem pragmatica circa panem coctum, vt rectores populi, vbi venalitati exponitur, præstituant pretium, quo venundandum est, & ratione habita ad pretij grani empti, aliquid lucri iusti, moderatij, pro labore, & sumptibus superimpertiant. Inhibet præterea ibi sub grauissimis pœnis: vt nullus in vendendo panem coctum se occupet, nisi ex numero pistorum sit, qui officio habent esse pistores, & hoc ad euitanda damna, fraudes, caritiam, que in republica ex cõtrario suboriri solent.

¶ Ex qua quidem pragmatica liquet panem coctum, n Syluest. triticum q; populi neque tam care taxanda, aut vendenda, verb. resti. da, sicut panis, & triticum cum veniunt à foris, ratione sumptuū, & itineris: quare super acceptum est restituen- o Nauar. dū, si constat de defraudato in pretio, quod fiscalis adhibita diligentia, adhuc ignotus est, pro ipso erogabitur Lat. c. 17 pauperibus, vel in bonum commune populi erat constituendum, iuxta Syluestrum, & Nauar. cap. 29. nu. 24.

¶ Sequitur etiam ex prædictis, quod qui fraudulenter fatagunt, ne in populo suppetat, vel ad eum asportetur panis coctus, vel triticum in grano: vt sic in pretio ascedat, resti. q. 30. inducaturque caritas communis pretij obnoxij sunt ad q Nauar. refarciendum hoc commune damnum cuius causa fuerit in Sum. c. testantibus id Merina & Nauar. q & Soto & Syluest. 23. nu. 92. stro.

¶ Ex prædictis etiam liquet, quod officiales iustitiarum, & rectoresque populi, quibus incumbit hanc promulgare pragmaticam, & iuxta eam prætaxare cum moderato iure, lib 6 q. 2. art. 3. pro pretium panis cocti: si scienter, notabilique cum negligentia hoc facere omittunt, quo sui cognati, amicique sub prætextu, quod ibi pragmatica diuulgata non est, vel verbo, em- quod ibi taxa panis cocti præstituta non est, carius vendant, inducaturque caritas pretij, consuetudoque contra pragmaticam.

fragmaticam, tenetur ad damnum, quia præterquã quod
 tenetur ad restitutionem illius, quod ipsi pluris vendide-
 re, quam præfinierat pragmatica, tenentur rectores ij,
 ministriq; iustitiæ ad damnum ex hac omissione, disti-
 mulationeque inuectum in temp publicam, quia specialius
 ad eorum munus, hoc damnum euitare spectabat, sic tra-
 dentibus Metina de restit. Soto & Syluestro, & Na-
 uarro. Idque ipsamet pragmatica dicitur expresse su-
 per adiciens graues pœnas contri prædictos, neque suf-
 ficit teste etiam Nauarro, vt asserunt etiam doctiores ei
 subscribentes communiter, subisse pœnam pragmaticæ,
 si deprehendantur eam violasse, quia tenetur violatores
 etiam ad supradictam restitutionem in conscientia: quã-
 doquidem iustum pretium transgrediuntur.

¶ Iam his (quæ summe proficua sunt) notamentis præ-
 dictis, ad quæstionem in principio propositam ad materiã
 rituræ atinentem, dicimus ex mente Metinæ in sua in-
 structione & ex mente Nauarri, quod vsura est vende-
 re pecunia et edita, tritici granum pretio pragmaticæ, &
 taxæ: quando ex abundantia, iam minoris in foro com-
 muni inuenitur venale, quia tunc nec pretio ad valorem
 taxæ potest vendere, quia tunc pretium taxæ nõ est pre-
 tium, sed pretium minus quod communiter currit in fo-
 ro, & ratio est secundum Metinam quia taxa non ideo
 præfixa est, ne triticum minoris vendi possit, sed ne taxa-
 tionem excedat eius venditor. Idem prorsus confirmat
 Nauarrus dicens, quod ex taxa tritici sumitur ista iniqua
 occasio, quod nemo dinitũ vult mutuare, nec videri cre-
 ditũ res taxatas, nisi pretio taxæ, etiam tempore abun-
 dantiæ, & patet solutio ex dictis ad argumentũ in contra-

De vsuris, quæ possunt committi ex pacto de retrouendendo
 ubi specia es casus exponuntur collecti ex doctoribus, & an
 sint aliqua conditiones requisita ad iustitiam, candum contra-
 ctum de retrouendendo.

CAP. LXXVII.

¶ At verò quoniam inter materias quæ solitæ sunt hic
 expediri, est materia de vsura, quæ in pactis de re-
 trouendendo solet immisceri, huius materix notitia
 præcigit,

Syluest.
 restit. q. 6.
 v Nauar.
 cap. 17. &
 25. nu. 34.

Nauar.
 sum. Lat.
 cap. 23. nu.
 88.